Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tollis peccata mundi miserere nobis.
Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Mariam sanctificans.
Tu solus dominus. Mariam gubernans. Tu solus altissimus. Mariam coronans ihu xpe. Cum sancto spiritu in gloria dei patris. Amen.

Symbolus.

Credo in unum deum. Patrem omnipotentem factorem celi et terre visibilium omnium et invisibilium. Et in unum dominum ihum xpm filium dei unigenitum et ex patre natum ante omnia secula deum de deo lumen de lumine deum verum de deo vero genitum non factum consubstancialem patri. per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis. Et incarnatus de spiritu sancto. Ex maria virgine et homo factus est. crucifixus etiam pro nobis sub pontio pilato passus et sepultus est. Et resurrexit tercia die secundum scripturas et ascendit in celum sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos. cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum dominum et vivificantem. qui ex patre filioque procedit. qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur qui locutus est per prophetas et unam kathalicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum et expecto resurrectionem mortuorum et vitam venturi seculi. A. M. E. N.

Sequit' prefacio de nativitate.

Eterne deus. Cuius per incarnati verbi mysterium nova mentis nostre oculis lux tue claritatis infulsit. Ut dum visibiliter deum cognoscimus. per hunc in invisibilium amorem rapiamur. Et ideo cum angelis et archangelis cum thronis et dominationibus. Cumque omni militia celestis exercitus ymnum gloriae tue canimus sine fine dicentes.

:Infra actionem: Communicantes et diem nativitatem sacratissimam celebrantes qua beata maria intemerata virginitas hunc mundo edidit salvatorem. Sed et memoriam venerantes in primis eiusdem gloriose semper virginis marie genitricis dei dei nostri ihu christi. Sed.

Et b. ap. :In Epypha.

Eterne deus. Cuius cum uni